



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno Christi 1204. Usque Ad Annum 1230

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1763**

**VD18 90118030**

§. 41. Imperatoris profectio.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66406](#)

Sæcul.XIII.  
A.C.1228.

§. XLI.

*Imperatoris Profectio.*

*Ric. S. Ger.* Fridericus Imperator, nulla ratione ha-  
bita terribilis Bullæ , Baruli Festum

Resurrectionis Domini, hoc anno mille-  
simo ducentesimo vigesimo octavo, in  
diem vigesimam sextam Martii incidentem,  
magnificentissime celebravit, auctaque  
est festiva lætitia, allato nuncio, Cor-  
dinum, Damasci Soldanum , mortalita-  
tem exuisse. Quare in subsidium Ter-  
ræ sanctæ Richardum, Castrorum Tri-  
bunum in Principatu, cum quingentis E-  
quitibus misit. Inter hæc, vocatos ad  
se Romanorum potentissimos ac nobil-  
lissimos, ex Familia Frangipanum, aliis-  
que stirpibus, permovit, ut præstito, mo-  
re Vasallorum Imperii, juramento, ipsi  
in omnibus negotiis promitterent obse-  
quium. Ergo petiit, ut omnium bono-  
rum suorum immobilium, sive ædes es-  
sent, sive agri, quos Romæ possiderent,  
premium statuerent, eaque omnia, para-  
ta pecunia emta , Titulo Feudi iisdem  
reddidit. Hi Romam reversi, contra  
Papam populum incitarunt, qui insana  
rabie actus, Feria II. Paschæ , Summum  
Pontificem , in Basilica S. Petri Missam  
celebrantem, inconditis clamoribus, mi-  
nisque, necdum persoluto Sacro Canone,  
infectatus est. Itaque Gregorius, cum

*Abb. Ursp.*  
*p. 325.*

cre  
fe,  
illi  
let  
que  
lun  
ips  
cili  
dit  
let:  
in p  
pie  
ei l  
psi  
du  
tur  
qua  
qua  
Por  
just  
ri l  
Ce  
G  
S.  
urb

crederet, se Romæ tuto versari non pos- Sæcul.XIII.  
se, mense Aprili, valido cinctus præsidio, A.C 1228.  
illinc abiens, Reate petiit, & postea Spo-  
letum, ac Perusium perrexit.

Sub idem tempus Imperator fre- Ric. p. 992.  
quentissimum conventum prope Baru-  
lam coegit, ut res Regni Siciliæ, dum  
ipse abesset, componeret. Totius Si-  
ciliæ Præfectum, summa potestate præ-  
ditum, edixit Rainaldum, Ducem Spo-  
letanum, & si, fatis ita ferentibus, ipse  
in profectio[n]e transmarina, quam susci-  
piebat, vita fungeretur, ordinem, quo  
ei Filii in Regno succederent, præscri- p. 993.  
psit. Mense Junio deinde in portu Brun-  
dusi navem concendit, unde Hidrun-  
tum devectus, vela in Palæstinam fecit,  
quo etiam felici trajectu pervenit, inde-  
que non ante annum sequentem rediit.  
Pontifex abituro districte denunciari Sanut. p. 211  
jusserat, ne tanquam Cruce signatus ma-  
ri se credere præsumeret, priusquam a  
Censuris, quibus erat innodatus, abso-  
lutus fuisset. Sed Legati surdo fabu-  
lam cecinerunt.

## §. XLII.

### *S. Francisci Canonizatio.*

Gregorius Papa, cum Spoleti commo-  
raretur, inde ad canonizandum  
S. Franciscum Assisium venit. Antequam  
urbem intraret, in Ecclesia S. Damiani  
substi-